UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni. Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia colit ac veneratur.||

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Concilium Ilerdensę.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72934

Visual Library

# Incipit conciliū Ceſarauguſtanū. xii. epiſcopoꝝ.

I Varto Nonas Octobris Cęſarauguſta in ſecretario reſidētibus epīs, Siradio, Delphīo, Raticio, Ampelio, Augētio, Lucio, Italio, Splēdinio, Valerio, Simpoſio, Caterio & Italio ab vniuerſis dictū ē, Recitētur ſnīæ, Luci⁹ epſ legit.

I I. ¶Vt mulieres oēs eccleſiæ catholicæ fideles à virorum alienoꝝ lectiōe & cętibus ſeparētur, ne ad ipſas legētes alij ſtudio vel docēdi, vel diſcēdi cōueniant, quoniam & hoc apoſtolus iubet. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt anathema futuros qui hanc cōcilij ſentētiam non obſeruauerint.

k II. ¶Itē legit, Euchariſtiæ gratiā ſi quis probatur acceptam non conſumpſiſſe in eccleſia, anathema ſit inperpetuum, Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt, placet.

III. ¶Item legit, ne quis ieiunet die dominica cauſa tēporis, aut perſuaſionis, aut ſubreptionis, nec quadrageſimaꝝ diebus ab eccleſiis fideles deſint, nec habitēt in latibulis cubitorum ac monitium qui in ſuſpitionibus perſeuerāt, ſed exemplum & præceptū cuſtodiant ſacerdotū, & ad alienas nullas agendoꝝ conuētuum cauſas conueniāt. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt, Anathema ſit qui hoc commiſerit.

L IIII. ¶Itē legit, Vigīti & vno die. i. à. xvi. Caleñ. Ianuarij vſq; ī di. Epiphaniæ q̄ ē octauo Idus Ianuarij cōtinuis diebus nulli liceat de eccl'ia abſentare ī domib⁹, nec ſedere ad villam, nec mōtes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed cōcurrere ad eccleſiā. Qđ qui non obſeruauerit de ſuſceptis anathema ſit in ꝑpetuū, ab vniuerſis epīs dictū eſt, anathema ſit.

M V. ¶Itē dictū eſt, vt hi qui ꝑ diſciplinā, aut ſentētiam epī ab eccleſia fuerint ſeparati ab alijs epīs non ſint recipiēdi, q̄d ſi ſcientes fecerint, nō habeāt cōmunionē, ab vniuerſis epīs dictum eſt, qui hoc commiſerit epiſcopoꝝ non habeat communionem.

N VI. ¶Itē legit, Si quis clericus propter luxū vanitatiſq; p̄ſumptū de officio ſponte diſceſſerit ac velut obſeruatorē legis monachū videri ſe maluerit eē quàm clericū, ita de eccleſia repellēdum, vt niſi rogando atq; obſecrando plurimis tēporibus ſatisfecerit, non recipiatur. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt, ita fiat.

O VII. ¶Item lectum eſt, Ne quis doctoris nomen ſibi imponat, p̄ter has ꝑſonas quibus conceſſum eſt, ſecundum quod ſcriptum eſt, Ab vniuerſis epiſcopis dictum ē, Placet.

P VIII. ¶Item lectum ē, Non velandas eſſe virgines q̄ ſe deo vouerunt, niſi quadraginta annoꝝ ꝓbata ætate, quā ſacerdos cōprobauerit, Ab vniuerſis epīs dictum eſt, Placet.

## Incipiunt capitula Concilii Ilerdenſis.

¶De his qui altario miniſtrant, vt à ſanguine hominis ſe abſtineant. 1
¶De his qui abortiuum faciunt, vel natos ſuos extingunt. 2
¶De monachis, vt clerici ordinētur cū volūtate Abbatis, & q̄ monaſterio offerunt nō auferātur, & de baſilicis q̄s laici fecerint. 3.
¶De inceſtis, vt quādiu in ſcelere ſunt inter cathecuminos habeātur 4
¶De his qui altario ſeruiūt, ſi ſubito in fragilitatē carnis inciderint. 5
¶De eo qui viduæ pœnitēti vel religioſę virgini ſtuprum intulerit. 6
¶De his qui ſacramēto ſe obligant, ne ad pacē redeant. 7
¶Si clericus ſeruū vel diſcipulum de eccleſia traxerit, vt pœnitētiam agat 8
¶De his qui rebaptizati ſunt, quantum pœniteāt. 9
¶De his qui iubente epiſcopo remiſſa culpa ab eccleſia exire contēnunt. 10
¶De clericis qui ī mutuā cedē prorūpunt. 11
¶De his qui contra canones ordinati ſunt, vt deponātur. 12
¶De catholicis qui filios ſuos hæreticorum baptiſmati tradiderunt. 13
¶De catholicis, vt cum rebaptizatis nō conuerſentur. 14
¶Vt clerici cum extraneis mulieribus nō habitēt. 15
¶Cum ſacerdos moritur, quid de rebus eccleſiæ obſeruetur. 16

## Incipit cōcilium Ilerdenſe habitum: Anno. xv.

Theodorici regis, octauo Idus Auguſti.

D E his clericis qui in obſeſſionibus neceſſitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt vt qui altario miniſtrant, & Chriſti corpus & ſanguinē tradunt, vel vaſa ſacra officio deputata contrectant, vt ab omni humano ſanguine etiā hoſtili ſe abſtineant, quod ſi in hoc inciderint, duobus annis, tam officio q̄ cōmunione priuentur, ita vt duobus annis, vigilijs, ieiunijs, oratōibus & eleemoſinis pro viribus quas dominus donauerit expientur, & ita demum officio

vel cō-

vel cõmunioni reddantur,ea tamen ratione ne vlterius ad officia potiora prouehantur. Qđ
ſi infinito tempore negligentiores circa ſalutem ſuam extiterint protelandi ipſius pœniten-
tiæ tempus in poteſtate manet ſacerdotis.

II. ¶Hi vero qui male cõceptos ex adulterio fœtus vel æditos necare ſtuduerint,vel in ven A
tribus matrũ potionibus aliquibus colliſerint in vtroq; ſexu adulteris,poſt ſeptẽ annoꝝ cur-
ricula cõmunio tribuat,ita tamen vt omni tẽpore vitæ ſuæ fletibus & humilitati inſiſtant.Si
vero clerici fuerint,officiũ eis miniſtrandi recuperare non liceat,attamen in choro pſallentiũ
à tẽpore receptæ cõmunionis interſint ipſis bñficijs.In exitu tantũ(ſi facinora ſua omni tem
pore vitæ ſuæ defleuerint)communio eis tribuatur.

III. ¶De monachis id obſeruari placuit,quod ſynodus Agathenſis noſcitur decreuiſſe,hoc B
tantummodo adijciendo,vt cum pro eccleſiæ vtilitate aliquos epiſcopus probauerit in cle-
ricatus officio promouendos,cum abbatis voluntate debeant ordinari.Ea vero quæ in iure
monaſterij de facultatibus offeruntur ,in nullo diocœſana lege ab epiſcopis contingantur.Si
autem ex laicis quiſq̃ à ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat, nequaq̃ eam ſub monaſterij
ſpecie vbi congregatio non colligitur,vel regula ab epiſcopo non conſtituitur,à diocœſana
lege audeat ſegregare.

IIII. ¶De his qui ſe inceſtus pollutione commaculant,placuit quouſq; in ipſo deteſtando C
& illicito carnis contubernio perſeuerant,vſq; ad miſſas tantum cathecuminorum in eccleſia
admittantur,cum quibus etiam neç cibum ſumere vllum chriſtianorum,ſicut apoſtolus iuſ-
ſit, oportet.

V. ¶Si qui altario dei deſeruiunt,ſi ſubito inſilenda carnis fragilitate corruerint, & domi- D
no reſpiciente digne pœnituerint,ita vt mortificato corpore cordis contriti ſacrificium deo
offerant,maneat in poteſtate pontificis vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere , vel deſi-
dioſos prolixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare,ita tamen,vt ſic officiorum loca re
cipiant,ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri,quod ſi iterato velut canes ad vomi-
tum reuerſi fuerint,non ſolum dignitate officij careant,ſed etiam ſanctam communionem,ni
ſi in exitu,non percipiant.

VI. ¶Qui pœnitenti viduæ,vel virgini religioſæ ſtuprum intulerit,ſi ſe ab eo ſequeſtrare E
noluerit,pariter à communione chriſtianorum & conſortio ſegregetur.Si vero illa quæ vim
pertulit ad ſanctam religionem redierit,in illo ſolo ſententia excommunicationis teneatur,
quoad vſq; publice pœniteat.

VII. ¶Qui ſacramento ſe obligauerit,vt litigans cũ quolibet ad pacẽ nullo modo redeat,ꝑ F
periurio vno anno à cõmunione ſanguinis & corporis domini ſegregatus,reatũ ſuum eleemo
ſynis,fletibus,& quantis potuerit ieiunijs,abſoluat,ad charitatem vero quæ operit multitudi-
nem,peccatorum celeriter venire feſtinet.

VIII. ¶Nullus clericorum ſeruum aut diſcipulum ſuum ad eccleſiam confugientem extra G
here audeat,vel flagellare præſumat,quod ſi fecerit donec digne pœniteat,à loco cui honorẽ
non dedit,ſegregetur.

IX. ¶De his qui in præuaricatione rebaptizati,ſine aliqua neceſſitate vel tormento delapſi H
ſint,placuit vt circa eos illa Nicænæ ſynodi ſtatuta ſeruentur quæ de præuaricatoribus cenſi-
ta eſſe noſcuntur,id eſt,vt ſeptem annis inter cathecuminos orent,& duos inter catholicos,&
poſtea moderatione & clementia epiſcopi fidelibus in oblatiõe euchariſtiæ cõmunicent.

X. ¶Qui iubente ſacerdote pro quacunq; culpa eccleſiam exire contempſerit,pro noxa cõ I
tumaciæ tardius accipiatur ad veniam.

XI. ¶Si qui clerici in mutuam cædem proruperint,prout dignitas officiorum in tali exceſ- K
ſu contumeliam protulerit,à pontifice diſtrictius vindicetur

XII. ¶Qui contra decreta canonum indiſcrete clericos vſq; nunc ordinauerunt,eis domi- L
nus, vel ſancta & eccleſiaſtica charitas ignoſcat . Amodo vero ſi in tali vſu proruperint,de-
cretum canonum quod circa eorum perſonas ſtatutum eſt,id eſt,vt nullum ordinare iam au-
deãt obſeruetur,vel qui deinceps ordinati fuerint,deponantur,hi vero qui tales hactenus or
dinati ſunt,nullo tempore promoueantur.

XIII. ¶Catholicus qui filios ſuos in hæreſi baptizandos obtulerit, oblatio illius in eccleſia M
nullatenus recipiatur.

XIIII. ¶Cum rebaptizatis fideles religioſi nec in cibo participent. N

XV. ¶Familiaritatẽ extraneaꝝ mulieꝝ licet ex toto ſancti patres antiquis monitionibus O
præceperint eccleſiis euitandam,id nunc tamen nobis viſum eſt,vt qui talis probabit,ſi poſt
primã & ſecundã cõmonitionẽ,ſe emẽdare neglexerit,donec in vitio perſeuerat,officij ſui di
gnitate priuetur,ꝙ ſi deo iuuante correxerit, ſancto miniſterio reſtauretur.

P XVI. ¶Licet de re hmõi quã cõſtituere ſalubri ordinatõe decernimus priſca autoritas ca
nonũ nõ ſiluerit, ſed euidẽti ſanctiõe ꝑceperit, vt cuiuſcũq; eccleſiæ põtifice defuncto non
paſſim pro libitu ſuo, in eaꝝ rerũ direptionẽ quas obiẽs dereliquit quiſq̃ irruat, domumq́;
ſubuertat, ſed ſacerdos qui exequiaꝝ tempore eſt ea oĩa q̃ ad vtilitatem & cõſeruationem
ꝑtinẽt debeat diligẽti circũſpectõe munire, tñ quia ipſa ſanctio q̃d peius ẽ à multis clericis
cognoſcit violari, ita vt nõ iubẽte ſacerdote expectorato affectu, totaq; diſciplinæ ſeueri-
tate poſthabita ĩmaniter q̃ ĩ domo põtificali reperiũt ĩuadũt & abradũt, Ideo nũc hæc hui⁹
placiti cõſtitutõe ĩter nos cẽſoria placuit cuſtodiri, vt defuncto antiſtite vel etiã adhuc in ſu
premis agẽte, nullus clericoꝝ cuiuslibet ordinis, officij, gradusve ſit quicq̃ de domo pręſu-
mat, vel q̃d de vtilitate inſtrumẽti domus eẽ agnoſcit, id ẽ mobilis & ĩmobilis rei eccleſia-
ſticæ conet inuadere, nihil furto, nihil dolo ſupprimẽs, auferẽs atq; abſcõdẽs, ſed is cui do-
mus cõmiſſa eſt ſubiectis ſibi cũ cõſilio vno vel duobus fideliſſimis oĩa ad tempus põtificis
ſubſtituẽdi debeat cõſeruare, vel his qui in domo inueniunt clericis cõſuetã alimoniã ad-
miniſtrare. Subſtitutus aũt antiſtes ſuſceptę ſedis cõmoda ordinabit, velut deus ĩperauit,
vt eis vti cũ his debeat, q̊s cognouerit diſciplinæ & charitati ꝑdeceſſoris ſui fideliter paruiſ-
ſe. Q̃d ſi quiſq̃ poſt hæc cuiuslibet ordinis (vt ſupius dictũ eſt) q̃cunq; clericus occaſiõe de
om̃i facultate quippiã ꝓbatus fuerit abſtuliſſe, vl' forſitan dolo aliq̃ ſumpſiſſe reus ſacrilegij
prolixiori anathemate cõdẽnet, & vix q̊q; ꝑegrina ei cõmunio cõcedat, quia durũ eſt, vt
hi q̊s cõſtat in ſeruitio dñi cũ primę ſedis antitiſte deſudaſſe, ab his qui ſuaꝝ reꝝ incubitato
res atq; vagãtes fuiſſe cognoſcunt deſpecti aliquatenus cruciẽtur, Sergius in Chriſti nomi
ne eꝑs has cõſtitutiones ſcd̃m q̊d nobis cũ fratribus deo inſpirante cõplacuit relegi & ſub-
ſcripſi, Iuſtus in Chr̃i noĩe ſubſcripſi, Iohãnes in Chr̃i noĩe eꝑs ſubſcripſi, Petrus in Chriſti
nomine eꝑs ſubſcripſi, Marulio in Chriſti noĩe eꝑs ſubſcripſi, Taurus in Chriſti noĩe epũs
ſubſcripſi, Febrorius in Chriſti nomine epũs ſubſcripſi, Gratus in Chriſti nomine epiſco-
pus directus à dño meo Stephano epiſcopo his cõſtitutionibus interfui & ſubſcripſi.

## Incipiunt capitula concilii Valentini.

¶Vt euangeliũ poſt apoſtolũ legatur. 1
Vt defuncto eꝑo de rebus ipſius, vel eccleſiæ nullus quicq̃ ꝑſumat inuadere. 2
¶Vt propinqui morientis epiſcopi de rebus eius nihil vſurpẽt ſine metropolitani, & cõprouincialium conſcientia. 3
¶De exequijs moriẽtis epiſcopi, & qualiter humetur 4
¶De vagis & inobediẽtibus clericis. 5
¶Vt clericum alienum nullus ordinet, nec ſit cericus qui non ſpondeat locum vbi ſit delegatus. 6

## Incipit conciliũ Valentinũ. vi. epiſcoporum. era D.XXXIII. habitum. Anno. XV. Theodorici regis.

Q ANno quinto decimo Theodorici regis ſub die ſecũdo Nonas Decembris, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Valentino concilio cõgregato dũ eccleſiaſticas regulas tractaremus antiq̊s canones relegẽtes, inter cętera hoc eẽ cẽſuimus obſeruãdum, vt ſacroſancta euãgelia añ muneꝝ illationẽ immiſſam cathecuminorum in ordine lectionũ poſt legantur, q̃tenus ſalutaria ꝑcepta domini noſtri Ieſu Chriſti, vel ſermones ſacerdotis non ſolum fideles, ſed etiã cathecumini ac pœnitẽtes, & omnes qui ediuerſo ſunt audire licitum habeant, ſic enim pontificum prædicatione audita nonnullos attractos ad fidẽ euidẽter ſcimus.

R II ¶Hoc etiã placuit, vt eꝑo à ſeculo iubẽte dño accerſito, clerici ab om̃i omnino ſupel-
lectili, vel q̃cunq; ſunt in domo eccleſię, vel eꝑi in libris, ſpeciebus, vtẽſibilibus, vaſculis, fru
gibus, gregibus, animalibus, vel om̃i omnino re, rapaces manus abſtineãt, & nihil latronũ
more diripiãt. Qui ſi canonũ autoritate ꝓhibiti aliqua ꝑuaſerint metropolitani, vel omniũ
cõprouinciliũ ſacerdotũ diſtrictione coacti in priſtinũ ſtatũ oĩa redintegrare cogantur, vt
nihil antiſtiti vel diſpẽſatori futuro neceſſarioꝝ ſub hac iuſta cõſtitutione depereat. Quod
vt cõfidẽtius iuſtitia manẽte ſeruet, ſecundũ Regiẽſis ſynodi cõſtituta, epiſcopo è corpore
recedẽte, vicinior illi accedat eꝑs, qui ex more exequijs celebratis, ſtatim eccleſiæ ipſius cu
ram diſtrictiſſime gerat, ne quid ante ordinationẽ futuri pontificis remanẽtium clericoꝝ
ſubuerſioni vel direptioni iã liceat, ita vt ꝑſpectis omnibus, inſpectio certior, deſcriptio fi